

des neiges emporta deux des arches neuves et quelques-unes des anciennes. A cette occasion, le roi octroya, le 16 septembre 1415, des lettres patentes concernant un autre droit de barrage, dont le préambule mérite d'être reproduit :

---

molestari seu inquietari posse tempore futuro, quod in ipsorum maximum vergeret prejudicium, dampnum et gravamen, prout dicunt, supplicantes ut, attentis premissis, et quia dicta reparatio ipsius pontis et pecunia dicte quarte partis dictorum decimi et componorum in utilitatem maximam reipublice ac ipsius ville et habitantium in eadem absque prejudicio dictarum clausurarum redundat et permanet, dictique consules ipsas reparaciones pontis fecerunt bono zelo et intentione et non ad fraudendum seu decipiendum quemcumque, sibi providere velimus de remedio condecienti; quocirca, premissis consideratis, vobis precipimus et mandamus commitendo si sit opus, attentoque quod vos estis iudex ordinarius et propinquior dictarum partium et pontis, quatenus, si vobis constiterit de predictis, summarie et de plano, sola facti veritate inspecta, dictas novies centum et quinquaginta libras ac totum quod de dicta quarta parte apparuerit esse et fuisse expensatum, distributum et conversum in reparacione dicti pontis, in eorum computis per illos quos pertinebit et erit opportunum admitti, allocari ac deduci, et de hoc ipsos quittari et liberari, quantiamque et deschargiam concedi faciatis ipsos de cetero occasione hujusmodi nullatenus inquietando vel molestando, inquietari aut molestari faciendo aut permittendo, quinymo si que in contrarium facta fuerint, revocetis seu revocari indilate faciatis quos expedierit ad hoc compellendo viis et modis rationabilibus et opportunis. Quoniam consideracione premissorum sic fieri volumus et dictis exponentibus concessimus et concedimus de gratia speciali per presentes litteras, surrepticiis ad hoc contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Parisius prima die septembris anno Domini millesimo CCCC° decimo et regni nostri XXX°.

Per regem ad relationem consilii,

MAULONE.

(Original. — Arch. de la ville, série DD.